



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ**

**Ribadeneyra, Pedro de**

**Coloniae, 1622**

Innocens ostenditur. 93

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44900**

IGNATIVUM notare. Enimuero  
IGNATIVUS funestę rei haud igna-  
rus, locum inuit: aduersus metum  
constans, & si res posceret, appe-  
tentior iniurię ferendę, quę ad-  
uersarij erant, faciendę. Sed oc-  
currebat impauido, non id nimi-  
rum agi, vt per ignominiam ipse  
peteretur: esse teneras quorundę  
indoles, quę iacta virtutum se-  
mente, nondum ad maturitatem  
peruenerint; eas utiq; in flore pe-  
rituras, si hac odiorum procella  
cõuellerentur. Ob has res placuit  
loci Rectorę adire. Ibi eum, quid  
sui iudicij sit, docet. Nõ se iniurię  
sua, sed aliorum iactura moueri,  
quibus hęc famę suę lacuna mox  
officeret: sed eã tamẽ ipsam si ille  
porrò negligendã duceret, in se,  
quoad videretur, sæuiret. Dixit  
hęc atq; alia IGNATIVUS, quę tēpus  
monebat. 93 At Rector insolita  
vi p̄cussus, principio stupere; mox  
animo

animo in obsequium flexo, virtutem hominis amare. Simul amicè comprehensum, in publicum perducit. Ibi copiosè prædicat modestiam innocentiamq; & quem atrocissimæ laniæ deuouerat, ab eo supplex vesaniæ suæ veniam rogat. Quæ res mirè valuit, ad insperatum IGNATII honorem. Nā haberi inde ac colipro Sācto cepit. Adeò quæ infamiæ scena struebatur, ea in gloriæ virtutisque theatrum momento euasit.

94 Iacobus hic Goueanus (id Rectori nomen erat) gente Lusitanus, vir egregiè doctus, ac cetera pius: pluribus deinde beneficijs vnā hanc noxiam pensauit: certe IGNATII eum sociorumque singularis postmodo amor tenuit: pæneque principem sibi auctorem Ioannes Rex habuit, Societatis in Orientem Indiam deducendæ. Vt proinde amplissimæ

colo-